



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

7 De fractione panis consecrati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

gisque admodum loquendi, quam ad rem pertinet. Vnde sumitur tertium argumentum: Nam D. Thomas impugnando tertiam opinionem, absolute negat redire materiam, quod generale est, siue dicatur redire per creationem, siue per conuersionem, siue quocumque alio modo, vt expresse declarat quodlib. 9. art. 5. ad tertium. Vbi etiam exponit, non loqui solum de eadem numero materia, quae prius fuit, neque in hoc constitui vim rationis, sed simpliciter de materia, quia non potest redire, nisi per nouam actionem miraculosam. Secundo in solutione ad primum expresse negat, ibi esse materiam ex qua fiat generatio: affirmat vero quantitatem supplere vicem eius, & in solutione ad secundum addit, licet quantitas sit accidens, habere vim, & actum substantiae, & in solutione ad tertium, clarissime subdit; quantitati, retenta propria natura, accedere miraculose vim & proprietatem substantiae, & in 4. distinct. 12. quaest. 1. articulo 2. quaest. 1. uncula 4. dicit, sicut datur quantitati, vt subsistat, ita etiam dari, vt subijciatur alteri formae. Praeterea idem D. Thom. 4. contra Gentes, cap. 66. expresse reprobatur opinionem dicentem, accidentia miraculose conuerti in substantiam: vnde concludit sola accidentia ad generationem substantialem sufficere. Nihilominus alij Thomistae alium sensum adhibent, nimirum, quantitatem panis in instanti generationis, reuera, non manere, neque per se ipsam subijci formae substantiali, aut substantialiter componere substantiam genitam, sed in illo instanti conuerti in materiam quantam, ex qua proxime fit generatio, & ideo dici quantitatem accipere vim substantiae, quia accipit vim transeundi in substantiam, non quod ipsa accipiat vim actiuam huiusmodi conuersionis: hoc enim est impossibile, cum ipsa sit terminus a quo eiusdem conuersionis, & desinat esse per illam, sed quod ex vi institutionis sequatur haec conuersionis, & quantitati datum sit, vt media conuersione, suppleat absentiam materiae: ita exposuit D. Thom. Capreol. in 4. q. 12. ad argumenta cont. 3. conclus. quem secuti sunt Caiet. Sor. & alij, qui potissimum moti sunt hac ratione, quia haec opinio in priori sensu est incredibilis: nam si litera D. Tho. sycere inspiciatur, aliquantulum violenta videtur: fauent tamen vltima verba art. in solutione ad 3. cum enim D. Tho. dixisset manere quantitatem in propria natura, & accipere proprietatem substantiae, subdit. Et ideo potest transire in vtrumque, i. in substantiam & dimensionem: nam verbum transire, conuersionem significat, & ita ponderauit Capreol. quanquam, si consideretur argumentum, & cum illo coniugatur solutio magis videtur significare productionem, seu eductionem formae substantialis & accidentalis ex vna quantitate: de hac enim re argumentum procedebat, & in solutione explicatur, quomodo hoc fiat, supposito priori miraculo. Et similem equiuocationem habent verba sequentis articuli in corpore, & ad 2. vbi D. Tho. ait, species sacramentales conuerti in substantiam & species rerum, quae ex eis generantur, tamen in 4. loco supra citato, praesertim in solutionibus argumentorum videtur apertius huic sensui fauere. Quapropter satis obscura est in hac re mens D. Thomae, nec video, quomodo possit satisfieri omnibus difficultatibus in expositis: vnde in 4. sententiarum, praesertim in solutione ad 4. hunc posteriori sensum indicat: in hac vero tertia par. magis in priorem inclinat: de re vero ipsa in disputatione sequente dicemus.

Capreol.
Caietan.
Sor.

ARTICVLVS VI.

Vtrum species sacramentales possint nutrire.

4. d. 12 q. 1. a.
2. q. 5. c. 4. c. 6.
2. q. 6. c. 6. Et 1.
Cor. 11. lect. 4.
fin. Et 5. de sa-
cram. e. 4. in
med. ser. 4.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod species sacramentales non possint nutrire. Dicit enim Ambrosius* in libro de sacramentis. Non iste panis est, qui vadit in corpus,

sed panis vitae aeternae, qui anime nostrae substantiam fulcit: sed omne quod nutrit, vadit in corpus. Ergo panis iste non nutrit. Et eadem ratio est de vino.

2. Praeterea, sicut dicitur 2. de Generatione ex eisdem nutritur, ex quibus sumus. Species autem sacramentales sunt accidentia, ex quibus homo non constat: non enim accidens est pars substantiae. Ergo videtur, quod species sacramentales nutrire non possint.

3. Praeterea, Philosophus 2.* de anima dicit, quod alimentum nutrit, prout est substantia quadam auget autem, prout est aliquid quantum. Sed species sacramentales sunt substantiae. Ergo non possunt nutrire.

Sed contra est, quod Apostolus 1. Cor. 11. loquens de hoc sacramento, dicit. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Vbi dicit Glossa* quod non dat illos qui post celebrationem sacri mysterij & consecrationem panis & vini, suas oblationes vendicabant, & alij non communicantes soli sumebant, ut viderentur etiam inebriarentur. Quod quidem non potest contingere, si sacramentales species non nutrent. Ergo species sacramentales nutrivunt.

Respondeo dicendum, quod haec quaestio difficultatem non habet, praecedenti questione soluta. Ex hoc enim (vt dicitur 2. de Anima) cibis nutrit, quod conuertitur in substantiam nutriti. Dicitur autem est, quod species sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quae ex eis generatur. Per eandem autem rationem possunt conuerti in corpus humanum, per quam possunt conuerti in cineres, vel in vermes, & ideo manifestum est, quod nutrivunt. Quod autem quidam dicunt, quod non vere nutrivunt, quasi in corpus humanum conuertantur, sed referuntur & confortantur quadam sensuum immutatione (sicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini), ad sensum patet esse falsum. Talis enim restrictio non diu sufficit homini, cuius corpus propter continentiam deperditionem restaurare indiget. & tamen homo diu sustentari potest, si hostias & vinum consecratum sumeret in magna quantitate. Similiter etiam non potest stare, quod quidam dicunt, quod species sacramentales nutrivunt propter formam substantialem panis & vini, quae remanet: tum, quia non remanet, vt supra* habitum est: tum quia non est actus forma nutrire, sed magis materia, quae accipit formam nutriti, recedente forma nutrimenti. Vnde dicitur* in 2. de 1. anima, quod nutritivum in principio est dissimile, in fine autem simile.

Ad primum ergo dicendum, quod facta consecratione dupliciter potest dici panis in hoc sacramento esse. Vno modo propter species panis, quae retinet nomen prioris substantiae, vt Gregorius* dicit in homil. Paschali. Alio modo potest dici panis mysticus de celo descendens. Ambrosius* ergo cum dicit, quod iste panis non transit in corpus, accipit panem secundo modo quia sacramentum, scilicet, corpus CHRISTI non conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius, non autem loquitur de pane primo modo dicto.

Ad secundum dicendum, quod species sacramentales, etsi non sint ea, ex quibus corpus hominis constat, tamen in ea conuertuntur, sicut dicitur est.*

Ad tertium dicendum, quod species sacramentales, quatenus non sunt substantiae, habent tamen virtutem substantiae, sicut dicitur est.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod species sacramentales non frangantur in hoc sacramento. Dicit enim Phil. 4. Meteor. quod corpora dicuntur frangillia propter determinatam dispositionem pororum, quod non potest attribui sacramentalibus speciebus. Ergo sacramentales species non possunt frangi.

2. Pre-

Quod vero spectat ad denominationem, respectu corporis Christi, tractatum est supra disputatione 10. de Eucharistia, seu 48. sect. 4. ubi solutionem ad 3. huius articuli explicatam reliquimus.

ARTICVLVS VIII.

Verum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod vino consecrato non possit aliquis liquor misceri. Omne enim, quod permiscetur alicui, recipit qualitatem ipsius. Sed nullus liquor potest recipere qualitatem sacramentalium specierum, quia accidentia illa sunt sine subiecto, vt dictum est. Ergo videtur, quod nullus liquor possit permisceri speciebus sacramentalibus vini.

2. Præterea, Si aliquis liquor permiscetur illi speciebus, oportet, quod ex his fiat aliquid vnum. Sed non potest fieri aliquid vnum, neq. ex liquore (qui est substantia) & speciebus sacramentalibus, quæ sunt accidentia, neque ex liquore & sanguine Christi, qui ratione sua incorruptibilis est neq. additionem recipit, neq. diminutionem. Ergo nullus liquor potest admisceri vino consecrato.

3. Præterea, Si aliquis liquor admiscetur vino consecrato, videtur quod etiam ipsum efficiatur consecratum, sicut aqua, quæ admiscetur aquæ benedictæ, efficitur benedicta. Sed vinum consecratum est vere sanguis Christi. Ergo etiam liquor permiscus esset sanguis Christi. Et ita aliquid fieret sanguis Christi aliter, quam per consecrationem, quod est inconueniens. Non ergo vino consecrato potest aliquis liquor permisceri.

4. Præterea, Si duorum vnum totaliter corrumpatur, non erit mixtio, vt dicitur in 1. de generatione. Sed ad permistionem cuiuscunq. liquoris, videtur corrumpi totalis species sacramentalis vini, ita quod sub ea desinat esse sanguis Christi, tum quia magnum & paruum sunt differentia quantitatis, & diuersificant ipsam sicut album, & nigrum, colorem; tum etiam, quia liquor permiscus, cum non habeat obstaculum, videtur vndiq. diffundi per totum, & ita definit ibi esse sanguis Christi, qui non est ibi simul cum alia substantia. Non ergo aliquis liquor potest permisceri vino consecrato.

Sed contra est, quod ad sensum patet, alium liquorem vino permisceri posse post consecrationem, sicut & ante.

RESPONDEO dicendum, quod istius questionis veritas manifesta est ex præmissis. Dicitur enim supra, quod species in hoc Sacramento remanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantiæ, ita etiam consequuntur modum agendi & patiendi, vt scilicet, agere & pati possint, quicquid ageret, vel pateretur substantia, sibi præsens existeret. Manifestum est autem, quod si esset ibi substantia vini, liquor aliquis posset ei permisceri. Huius tamen permisionis diuersus esset effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quantitatem. Si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod posset diffundi per totum vinum, totum fieret permiscus. Quod autem est commiscus ex duobus, neutrum miscibile est, sed vtrumque transit in quoddam tertium ex his compositum. Vnde sequeretur, quod vinum prius existens, non remaneret, sed liquor permiscus esset alterius speciei (puta, si permisceretur aqua) solueretur species vini, & esset liquor alterius speciei: si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus (puta, si vinum permisceretur vino) remaneret quidem eadem species, sed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuersitas accidentium, puta si vnum vinum esset album, & aliud rubeum. Si vero liquor adiunctus esset tam parua quantitatis, quod non posset perfundi per totum, non fieret totum vinum permiscus, sed aliqua pars eius. Quæ quidem non remaneret eadem numero propter permisionem extraneæ materiæ; remaneret tamen eadem specie, non solum, si parum liquor permiscus esset.

M m 3 ser,

Li. 4. n. 8. m. 3. cap. 1. act. med. Li. 1. ex. 1. 77. 78. 1. 2.

De consuetudine d. 1. cap. 1. de consuetudine

Li. 1. ex. 6. 7. 1. 2. d. 1. cap. 1. de consuetudine

176. art. 3.

art. 1. 2. huius q.

Tract. 27 in cie sacramentali. Vnde & super illud Ioann. 6. Caro non prodest quicquam, dicit August. * Hoc est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant: carnem quippe sic intellexerunt, quo modo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. Et ideo ipsum corpus Christi non frangitur, nisi secundum speciem sacramentalem. Et hoc modo intelligenda est confessio Berengarij, vt fractio & attritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua vere est corpus CHRISTI.

Disputatio 27. p. 2.

COMMENTARIVS.

Questio huius articuli, quantum ad rem spectat, non habet difficultatē, nam res est sensibus nota: nam cum species sacramentales continuæ sint, & extentæ in se, & in ordine ad locum, facile possunt discontinuari, & hoc est frangi: dicuntur autem esse subiectum fractionis, quia sunt subiectum motus, quo fractio fit, & terminantur terminis, qui inde resultant.

Franc. Suarez Tom. 3.